



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

II. De iis qui relictis vxoribus alias ducunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO  
CHRISTI  
465.

vnusquisque, sine fratrum collatione, suo tantum credit arbitrio, statuat quod merito possit omnibus displicere. Itaque quoniam nos in ecclesia Venetica causa ordinandi episcopi congregauit, rectum esse credidimus, de regula ecclesiastica, quæ nobis donante Domino credita est, & de districtione, cuius cura non sine culpa nostra omitte- tur, habita consultatione, vt quæ in prioribus patrum sta- tutis videmus omiſſa, & procedente tempore licentia ex nimia prolabantis sæculi libertate præsumpta, statutis saluberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestræ, quia præsentia vestra nobis necessitate faciente fraudata est, credidimus deferendum: vt si probabile du- xeritis, id quoque & vestra auctoritate firmetur, & distri- ctione seruetur.

CANONES.

I.

Itaque censuimus homicidas & falsos testes a Conc. A-  
gath.  
Can. 37. communionem ecclesiasticam submouendos, nisi pœ- nitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint.

II.

Eos quoque, qui relictis vxoribus suis, sicut in euangelio dicitur, excepta causa fornicationis, si- Matth. 5. ne adulterii probatione alias duxerint, statuimus a communionem similiter arcendos: ne per indul- gentiam nostram prætermiſſa peccata alios ad li- centiam erroris inuitent.

III.

Pœnitentes quoque, qui susceptam publice pœ- nitentiam intermiserint, & ad prioris erroris con- ſuetudinem reuoluti, vitæ se sæculari conuerſatio- nique reddiderint, non solum a communionem do- minicorum sacramentorum, sed etiam a conuiuuiis fidelium submouendos.

Concil. Tom. 9.

Qqq ij